



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXXI. De cautione praestanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

366 GREGORIVS CONCILIVM FRIDERICVS II IMP.  
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIE.

graue præiudicium generari, expensis vtriusque a-

licuius consilium aduocet sapientis.

XXX.

Statuimus insuper, vt, in quantum poterunt, constitutionem generalis Concilii, tam in ordinariis quam extraordinariis iudiciis obseruantes, acta originalia & authentica diligenter ac fideliter penes se custodiant, vel per scriptores suos faciant custodiri, vt partibus inde, vt debuerint, copiam faciant: quibus omnia postquam scripta fuerint, præcipimus, & præcipiendo statuimus publicari, vt, si erratum fuerit in scribendo, corrigatur, & vt veritas possit de his quæ acta fuerint liquido apparere.

XXXI.

Prouideant præterea iudices, vt cum aliquem decreuerint in possessionem mittendum, ob contumaciam partis aduersæ de restituenda possessione cum fructibus, si quos inde percepit, deduetis expensis legitimis, si aduersarius infra annum redierit ad mandatum ab eo qui mittendus fuerit, congruam recipient cautionem. Illum quoque, qui possessionem possidere præsumperit violenter, in quam ob eius contumaciam alias missus fuit, & post annum verus possessio etiam constitutus, iure, si quod habuit in ea re, decreuimus fore priuatum.

Hæc cum tertia die peragerentur, incepit dominus legatus solenniter, Te Deum laudamus, omnibus assurgentibus. Et postea incepta antiphona, In viam pacis, cum psalmo, Benedictus Dominus Deus Israel, dictisque collectis specialibus, & data benedictione cum non paruo gaudio recesserunt.